IOHANNES GEUSS · WOLFGANGUS DE STEIN · NICOLAUS DE DINKELSBÜHL · CRISTANNUS DE HUERBEN · BERNHARDUS DE KRAIBURG

Wien, 1442 /Salzburg, 1450/51 Seite 209v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8208
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



et manifestat / Ego quoque huiuscemodi quoadiuxero
quia sensi testis ero · p · v · R^me · deinde quam
siccus sitis / per excussionem manuum ab omni
munere nemo dicit nisi omnis homo / quantum
vero animosa fuerit · p · v · R · quantum ve
magnanimis Reges orbis testantur et prin-
cipes qui sepe sepius facundiam v · R · p · hau-
serunt usque ad intima cordis / Certissimum
credite / nondum est ab hominum memoria abolitum /
non ~~in cordibus oblitum~~ e cordibus excisum / sed hodie res recens est
tamquam dies hesterna que preterierunt / certamen
illud fortissimum certamen illud grande mens
in quo usque ad sanguinem pro pace militastis
Ecclesie / in nullo animo satagentes / nisi cupite
pacis adepta esset tranquillitas / de quo dicere
potero / Certamen forte dedit illi ut vinceret
Sap · x · Profecto vicistis magnificentia / vicistis
magnanimitate / accensus amore veritatis / perse-
verantia et firmitate / nullius terrore perterritus /
nullius mutatus horrore / Ita ut vere illud modo
dici potest ij ~~paralipomenon xviij~~ Regum xij · Pugnabat contra
Regem filiorum Amon / et vicit eum / Vicit quidem
gloriosa victoria non armorum strepitu / non
Lactorum viribus / sed tamquam vir eruditus qui